UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

CAtalogus sancto//rum [et] gestor[um] eor[um]

Petrus <de Natalibus>

Lugduni, 1508

De s[an]cta Julia v[ir]gine [et] martyre. Cap[itulum]. xxix.

urn:nbn:de:hbz:466:1-70797

Visual Library

Hoſpitius confeſſor vir domini apud nuceriã icluſus ferro ad carneꝫ acciuitus cõi tẽpore modico pane et dactilis veſcebatur: in q̃dragesima ꝟo ſolis radicibus herbarũ vtebat: vt de eo ſcripſit paulus longobardorꝫ hyſtoriographus lib. iiij. Hic ſpũ ꝓphetico dotatus aduentum lõgobardorꝫ longe ante predixit. Quos cũ adeſſe cognoſceret: oẽs fratres ſuos emittẽs ſolus remãſit: lõgobardi ꝟo ferociſſimi ad locum veniẽtes. ⁊ vt intrarent aditũ querẽtes: ſed minime inuenire valentes aſcẽſo tecto deſcenderẽt ad virũ dei. Quem vt ferro vinctũ reperiũt: exiſtimauerũt eum eſſe reum aliquẽ ibidẽ ex culpa recluſum. Sed cum ipm vnus eorum gladio ferire vellet brachium ſibi arefactum eſt. Qui mox vt veniã petiit ſctũs eũ illico ſanauit: ⁊ ꝯuerſum ad xp̃ꝫ monachũ fecit. Qui etiã verbũ dñi lõgobardis predicans plures ex eiſdeꝫ domino acquiſiuit. Quieuit in pace. xij. kalen. iunij.

¶ De ſanctis Timotheo ⁊ polio et eutychius martyribus. Cap. xxviij.

Timotheus: polius: ⁊ eutychi9 martyres apud mauritaniam ceſarieñ. paſſi ſunt. Qui ĩ prefata regione verbũ dñi vndiq; diſſeminãtes glorioſo martyrio pariter coronari meruerũt. xij. kalen. iunij: vt ait Ado in martylogio a hieronymo ſumpto.

¶ De ſctã Iulia ꝟgine ⁊ martyre. Cap. xxix.

Iulia virgo ⁊ martyr ex ciuitate carthagineñ. cũ dicta vrbs capta ⁊ ſubuerſa fuiſſet: captiua ducta fuit: que ſortita cum aliis cõcaptiuis deuenit in ſeruitutem cuiuſdã euſebij gentilis nobilis paleſtini: cui diligentiſſime famulabat ſpacio quo poterat ieiuniis ⁊ orationib9 vacãs. Eũq; dñs eius q̃uis xp̃ianã ob eius gratum ſeruitiũ diligebat. Cum aũt ad gallias cum mercibus tenderet ⁊ in capite corſice cum naui applicuiſſet: ancillamq; ſecũ duxiſſet: cõtigit in ipſo loco gentiles diis ſuis ſolẽnia celebrare. Et dũ tam naute q̃ nauigantes cum incolis inſule ad ſacrificia deorum accederent: ſola iulia remanſit in naui. Comperto q̃ chriſtiana eſſet felix quidam tribunus petiit ab euſebio ancillaꝫ eius ꝓ quattuor ex ſuis commutari: ad hoc ſolũ vt eaꝫ ſacrificare compelleret. Quod cum ille ꝓpter eius gratum ſeruitium oĩmode recuſaret: inito cõuiuio naute ex induſtria euſebiuꝫ inebriarunt. Quo dormitante iuliam rapiunt: ⁊ ſacrificare nolenteꝫ alapis cedunt: crinibus torquẽt: ⁊ dudum flagellant: tandem crucifixũ confitẽtem cruci configunt: vbi poſt morulam ſpirituꝫ emiſit. xi. kalen. iunij. Monachi autem quidaꝫ qui in inſula marmarica que vulgo gorgona dicitur habitabant diuina reuelatione moniti nauem aſcendentes corſicam deuenerunt: et corpus martyris chriſti tollentes, celerrime redierunt: ⁊ in eorum inſula ſepelierunt: quod tamẽ proceſſu temporis aica regina vxor deſiderij lõgobardorum regis inde brixiam tranſtulit: ⁊ in monaſterio eius nomini fabricato honorifice collocauit.

¶ De ſanctis Caſto et Emilio martyribus. Cap. xxx.

Caſtus et Emilius martyres in aphrica paſſi ſũt. Qui vt ſcribit beatus Cyprianus libro de lapſis propter verbi fidei confeſſioneꝫ per ignẽ cõflagrati paſſionis martyriũ conſumauerunt. xi. kalen. iunij.

¶ De ſancto Deſiderio epõ ⁊ ſociis martyribus. Cap. xxxi.

Deſideri9 epiſcopus lingoneñ. temporibus honorij ⁊ theodoſij imperatorũ martyrium paſſus eſt. Nam dum vandali lingoneñ. ciuitatem dudũ obſeſſam debellarentur. Sanctus epiſcopus murum aſcendẽs pro ſuo grege clementiam poſtulabat. Vandali ꝟo vrbem intrantes: ⁊ multitudinem ciuiũ chriſtum confitentium trucidantes: epiſcopũ in eccleſia pro populo orantem reperiẽtes ceperũt: et ſuo duci nomine creſco preſentauerũt. Qui cnm ſe libentiſſime morti obtuliſſet: dum illi reſiduo populi parcere vellent: eductus ex vrbe decollatur: nulla propter hoc erga gregem miſericordia peccatis exigentibus exhibita. Cum autẽ ſpiculator epiſcopi portam vrbis intrare vellet: capite illiſo mox expirauit. Statimq; ſaxis irruentibus ianua adeo obſtruitur: vt nulli deinceps per ipſam aditus patere poſſet in teſtimonium martyris chriſti nulli licere oſtendens vt per ianuam illam intraret paganus: vnde ſanctus epiſcopus exiuerat decollandus. Dum etiam ipſe gladiator chriſti martyrem percuſſiſſet in libro diuino ibidem aperto ſanguinis nonnulle gutte ſtillantes plura folia perforarunt litteris oĩno illeſis: qui vſq; hodie in teſtimonium conſeruatur miraculi. Sed paulopoſt Craſcus in ciuitate arelatenſi a ſuis captus et hoſtibus traditus crudeli nece peremptus eſt.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN